



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.D.XVI. Sancti Patris Benedicti M.XXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

licam totam, plumbotexit, sibique
subjectis multo nomine consulens, vi-
tz cum p̄m̄is exemplo facem omnibus
prætulit. Vid. Rerum Gall. Script.
Claud. Rob. & alij.

I E S U C H R I S T I A N N U S M . D . X V I .
Sancti Patris Benedicti M . X X X V I .

M Agnum omnino Sydus, &
splendidissimum quidem, Ger-
mania nostra extinguitur. Moritur,
immortalis meritorum copia & felici-
tate, Abbas noster Joannes Trithe-
mius, vir saeculi hujus ingeniosissimus
plane & eruditissimus; Benedictini
Ordinis Zelator fidelissimus, Refor-
mationis promotor præcipuus, stu-
diorum Reformatioñ fôlertissimus, nun-
quam sine reverentia nominandus.
Is quantumvis à diversis & maximis
Germania Principibus in familiam, &
familiaritatem, etiam ambitiosissime
& certatum expeteretur, Monastici tam-
en Instituti tenacissimus, nec ab ip-
so quidem sui longe amantisissimo Di-
vo Maximiliano I. Imperatore Augu-
sto persuaderi potuit, ut Aulam Cæ-
faream, favoresque & gratiam tanti
Cæsaris cellula sua præhaberet, hanc
omnibus mundi divitijs & illecebris
potiorem habuit, animitus dilexit, si-
isque omnibus mirifice commendavit.
Vir, quem merito suo, dignis hono-
ribus ac titulis, nisi ipsius respuisset, &
pro virili averfatus esset, Principes
maximi evectum & exultum volu-
ere, & Joachimus in primis Sacri Rom.
Imperij Elector Brandenburgius extu-
lit, dum in litteris ad ipsum datis, ita
denique illum compellavit: Vale Ger-
mania deus, totusque arca sapientie, mei
memor ad DEUM, & amans, quia Te
vehementer amamus. In ipso Reditu
Spiritus. Benedictum, & primævum Ordinis re-
fuscatum Spiritum, nemo dubitat ve-
ritat, qui Commentarios ejusdem in Re-
torum gual sermones in Generalibus Capi-
Regulam. tulis habitos, & alia sacra scripta lege-
rit, adeo omnia Divini Pneumatis di-
cta referunt, ut in hoc genere in nul-
lo maximis Ecclesia Doctoribus celli-
se videatur adeo ponderose graviter
simul & suaviter animos Religiosos
afficit, ut revera non Hominis, sed Dei
verba & dictata agnoscas, & merito tan-
to post sepius Reformatissimis Cæno-
bijs ad mensam, & alias magno cum

Fructu, summaque omnium admira-
tione & approbatione audiantur. In
Historicis non nemo arrogans quā
prudentius tan to viro Fabulas impu-
tans, ipse prudentioribus Factus Fabu-
la, dignas temeritate poenas dedit. De
ipso longè alter Gaspar Scioppius, ri-
gidus cæteroquin, rerum censor, vir
eruditissimus: Trithemio rellē fidem ha-
beri, nemo equus & intelligens negaverit.

Nam is fuit vir gravissimus, & partim
in regime Monasteriorum, partim in
Theologicis & Philosophicis studijs, prac-

pueque in arcans natura indagandis oc-
cupans, ut cum commissariis no-
vis Genealogijs nequaquam vacare posuisse

platum sit. &c. Et paulo post: Non ego
quidem, inquit, quaecunque in Historia

scriptis Trithemius, vera esse, aut credo,
aut aljs persuasum volo. Nam & ali-
cubi eum dormitasse, aut osuisse, aliasq;

res ex se agnosco. & in loco aliena fides,
simpliciter credidisse intelligo. Sed hæ hu-
mana sunt, facieque veniam sibi ab om-
nibus bonis inveniunt. Illud autem nul-
lum excusationi locum relinquit, falsifican-
tem volentem literis prodere, & auto-
res; in quibus ea inveneris, comminisci:

cujus culpe dicam, periculum non est, ne-
quis Trithemio impingat, qui hominem ex
libris suis, pernoverit. Plurimos enim Scrip-
tores, qua sacros, qua profanos ab eo visos
esse, ac lectos constat, quorum hodie nul-
lum usquam vestigium inveniuntur postquam

scilicet Agricolaram, Luberi doctrina
effectorum, tumultibus, bene magnam

Germanie partem turbari, multaque Mo-
nasteria & arces cum Bibliothecis, & ta-

bularis suis, expilari, crevari, fundi-
que everti contigit. Magne ergo, pergit,
imperitis & iniquitatis est, siquid se Tri-
themius in veteribus, & idoneis ruram Au-
toribus, legisse dicat, quod apud eos non

extet qui hodie sunt in manibus, id con-
tinuo falsum & commentarium judicare &c.

Idem ferventius alibi, contra proter-
vius insultantem: Reliquum est, inquit,
ut Trithemium ingenio ad singendum, &

sarcinas lectoribus imponendas, natum,
aut multo studio factum fuisse insimulet &c.

Hoc autem cui persuasurum se speret, ipse

Magnan-
viderit; quemadmodum etiam, quomodo

juria tanto
hanc judicij sui temeritatem Christo Iudici
probaturus sit &c. Ut hinc facile ani-
madvertas, quanta temeritate manus

in Christum Domini iuixerint scrip-
tores & calumniatores illi, qui tantis

nomi-

Fides &
Auctoritas
Trithemij.

nomine Religionē & meritis virum, ob editum Stenographia opus subtilissimum in suspicionem non solum Magiae vocare ausi sunt, sed & publicè damnare, librōsque omni dignos aeternitate, omnium gentium admiratio-
ne & veneratione, ipsiusmet tanti Praefulsi sanctissima scriptos manu, ignominiosissime exurere, quorum tamen
Vindictam
per Aug-
stum agit
Augustus
Dux Brun-
sivensis.
gloriosissimum omnino Vindicem
egit, & assertorem integratis Tri-
themianæ serenissimus ac potentissi-
mus Princeps Dominus Dominus Au-
gustus D. G. Dux Brunsvicensis & Lu-
næburgensis, Princeps eruditissimus,
& libris novem ignorantiam illam
Censorum adeo temerariorum Orbi
universo prodidit, & sanctissimæ me-
moriae Principi Ferdinando II. Impe-
ratori Augusto anno Christi M. DC.
XXIV. dedicavit, sub hoc Operis Ti-
tulo:

GUSTAVI S E L E N I
CRYPTOMENYTICES ET CRYPT-
OGRAPHIE Libri IX.

In quibus & planissima

Serenissimi STEGANOGRAPHIA
Ducis lat-
datus Joanne Trithemio Abbate Spanheimensi
omnium & Heribolensi, admirandi ingenij
viro, magice & enigmatische
olim conscrip.
Enodatio Traditur.

Insuperis ubique Authoris ac Aliorum, non contemnendis inventis.

Meruimus ipsiusmet serenissimi
Principis dono opus præfatum, nec
fine magna animi consolatione, de
tanto Nominis & famæ Fandi Abba-
tis Assertore gratulabundi, in fronti-
spicio libri tabellæ cupræ inciso,
quantum Trithemio deferret Dux &
tanto post Princeps tantus, facile animadver-
timus, cum Ipse stans à tergore seden-
tum, & scribentis tanti ingenij virum,
meritissimumque honoratus caput,
huic Ducalem suum pileum sive cida-
rim imponerer; summa revera Venera-
tionis contestatione, & memorabili
litterarum & litteratorum omnium
Meccenatis, illorum tantopere colen-
dorum exemplo, potentissimo illos
confundere, qui sepè de viris docti-
simis & meritissimis, stulta & temera-
ria indebita sibi gloria ambitione, ne-
quissimè derrahere non erubescunt.
Vivit & vivet aeternum Trithemius,

non in perenni solum eruditorum
memoria, sed vel maximè in Religio-
forum omnium peitoribus; Redivivus
quotidie in suis exhortationibus, ne-
que Redivivus solum, sed & resuscita-
tans, & resuscitatur deinceps innu-
meros ad novam & sanctam Vitæ Re-
formationem; de quo tanto Praefule
& Exhortatore merito sibi totus Be-
nedictinus Ordo gratulatur. Evoca-
tur ad superos B. Nicolaus de Prato,
Conceptionis Jmmaculatae Assertor
mirificus, revelato sibi obitus die quem
& diserte alijs prænunciavit. Ipsi
anno Vitæ etiam cursum implet &
communem mortalium viam ingre-
ditur Petrus Gouffier Abbas S. Diony-
sij Parisiensis, frater. Arturi magni
Franciæ Magistri Adriani Sacré Rom.
Ecclesiæ Cardinalis Guilielmi Admi-
ralij, & Aymardi Abbatis Cluniacen-
sis Episcopi Albiensis mortuus 8. Ja-
nuarij cum non nisi duodecim annis
præfuerit.

Petrus
Gouffier
Abb. S.
Dionysij
Parisiensis.

IESU CHRISTI ANNUIS M.D.XVII.

*Sancti Patris Benedicti M. XXXVII.

IN Italia admirabili effulget vitæ
sanctitate Venerabilis Maria Catha-
rina Brugora Monialis Monasterij S.
Margaritæ Virginis & Martyris Me-
diolani, Congregationis Calinenis;
nata in eadem Urbe anno salutis paræ
millefimo quadragesto octua-
gesimo nono, Patre Bartholomæo
Brugora, Matre Leonora Bolla, in cu-
jus etiamnum infans, stupenda om-
nino signa se prodidere futuræ sancti-
tatis, & tanta quidem, ut in tenella
aetate, altera quasi Catharina Senensis,
in vita reliqua [teste Francisco Ruge-
ro in libro Vita ejusdem Brugoræ ap-
probato] ob creberrimas & Cælestes
revelationes altera Brigitta, ob raptus
atque extasias, altera Catharina Rizzia
Florentina; ob vitæ asperitatem & ju-
ges corpuculi mortificationes, altera
S. Paula à S. Hieronymo tantopere ce-
lebrata; ob suam cum Angelo Custo-
de familiarem consuetudinem altera
S. Francisca Romana habetur. Ut
in hac Redivivam Benedicti Patris so-
rorum scholasticam, restitutum pri-
mævum Benedictinarum Virginum &
Virginum Spiritum, ac minimè ab-
breviatam DEI manum, eruditissimo
hoc saeculo merito suspiciamus; & cum
libri

B. Cata-
rina Bru-
gora mo-
nialis
Mediol.